facienti: peccatum ē illi. Agite nunc diuites/
plorate ululantes in miseriis ur̄is que adue
nient uobis. Diuicię ur̄ę putrefactę sunt: et
uestimenta ur̄a á tineis comesta sunt. Ar
gentū & aurum ur̄m eruginauit. & erugo
eoꝝ in testimonium uobis erit: & mandu
cabit carnes ur̄as sicut ignis. Tesaurizastis
uobis irā in nouissimis dieb;. Ecce merces
operarioꝝ qui messuerunt regiones ur̄as q̄
fraudata sunt a uobis. clamat: & clamor
ipsoꝝ in auribus dn̄i sabaoth introiuit.
Epulati estis sup terrā: & in luxuriis enutri
stis corda ur̄a. In die occisionis adduxistis et
occidistis iustum: n̄ restitit uobis. Patientes
igit̄ estote fr̄es: usq; ad aduentum dn̄i. Ecce
agricola expectat preciosum fructum terre.
patienter ferens donec accipiat temporaneū
& serotinum. Patientes estote & uos & confir
mate corda ur̄a: qm̄ aduentus dn̄i appro
pinquabit. Nolite ingemiscere fr̄es in alte
rutrum: ut non iudicemini. Ecce iudex
ante ianuam assistit. Exemplū accipite fr̄s.
exitꝰ mali. & longanimitatis. laboris ⁊ patientię.
pphās: q̄ locuti sūt ī noīe dn̄i. Ecce beatificamꝰ
eos qui sustinuerunt. Sufferentiā iob au
distis. & finem dn̄i uidistis: qm̄ misericors
ē dn̄s & miserator. Ante omnia autē
fr̄es mei nolite iurare neq; p celum. neq; per
terram. neq; aliud quodcumq; iuramentum.
Sit autem sermo ur̄. est. est. non. non. ut n̄
sub iudicio decidatis. Tristatur aliquis ur̄m:
oret equo animo & psallat. Infirmat̄ quis
in uobis: inducat presbiteros eccl̄ie. & orent
sup eum unguentes eum oleo in nomine do
mini. & oratio fidei saluabit infirmum. et
alleuabit eum dn̄s. & si in peccatis sit dimit
tent̄ ei. Confitemini ḡo alterutrum pecca
ta ur̄a: & orate p inuicem ut saluemini.
Multū enim ualet. depcatio iusti assidua.
Helyas homo erat similis nobis passibilis
et oratione orauit ut n̄ plueret sup terram:
& n̄ pluit annos tres. & menses sex. Et rur
sum orauit. et celum dedit pluuiā. et terra
dedit fructum suum. Fr̄s mei. siquis ex uo
bis errauerit a ueritate. & conuerterit q̄s
eum: scire debet qm̄ qui conuerti fecerit pec
catorē ab errore uię suę. saluabit animā eī
a morte. & opit multitudinē peccatorum.

Explicit ep̄lā beati Jacobi ap̄li. Incipit ar
gumentū in ep̄lām Petri ap̄li prima.

Symon petrus filius iohannis
puincię galilęę. a uico bethsai
da. fr̄ andree ap̄li. & pnceps
aploꝝ toto orbe diffusos & pe
regrinos in hoc sc̄lo monstrat.
et p̄sentis uitę peniteri suadet. & in nouam uitam
pficere. tota sollicitudine exhortatur.

Explic̄ argumentū. Incipit ep̄lā Petri prima

PETRUS ap̄ls ih̄u
xp̄i electis aduenis
dispsionis. ponti.
galatię. capadocię.
asię. et bithinię. se
cundum p̄scientiā dī patris. in san
ctificationem sp̄c. in obedientiam
et aspsionē sanguinis ih̄u xp̄i. grā
uobis & pax multiplicet̄. Benedi
ctus d̄s & pater dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i.
qui sc̄dm magnā misericordiam suā
regenerauit nos in spem uiuā.
p resurrectionem ih̄u xp̄i ex mortuis. in he
reditatem incorruptibilem. & incontamina
tam et īmarcessi_bilē conseruatā in celis.
in uobis qui in uirtute dī custodimini. p fidē
in salutem paratam. reuelari in tempore no
uissimo. in quo exultabitis modicū nunc.
si oportet contristari in uariis temptationi
bꝰ. ut pbatio ur̄ę fidei multo p̄ciosior sit auro
qꝺ p ignē pbatur: inueniat̄ in laudem &

gloriam et honorem. in reuelatione ihesu xpisti.
Quem cum non uideritis diligitis. in quem nunc
quoque non uidentes creditis. Credentes autem
exultabitis leticia inenarrabili et glorificata.
reportantes finem fidei uestre. salutem animarum
uestrarum. De qua salute exquisierunt atque scru
tati sunt prophete. qui de futura in uobis gratia
prophetauerunt. scrutantes in quod uel qua
le tempus significaret in eis spiritus xpisti. prenun
cians eas que in xpisto sunt passiones. et po
steriores glorias. Quibus reuelatum est. quia
non sibi ipsis uobis autem ministrabant ea
que nunc nunciata sunt uobis. per eos qui
euangelizauerunt uobis spiritu sancto misso de
celo. in quem desiderant angeli prospicere.
Propter quod succincti lumbos mentis
uestre. sobrii perfecte sperate in eam que offertur
uobis gratiam in reuelatione ihesu xpisti. quasi filii
obedientie. non configurati prioribus ignorantie
uestre desideriis. sed secundum eum qui uos uocauit
sanctum. ut et ipsi sancti in omni conuersatione sitis. sicut scrip
tum est. Sancti eritis. quoniam et ego sanctus sum. Et si patrem
uocatis eum qui sine personarum acceptione iudicat se
cundum uniuscuiusque opus. in timore tempore
incolatus uestri conuersamini. Scientes quod
non corruptibilibus auro uel argento redempti
estis de uana uestra conuersatione paterne tra
ditionis. sed precioso sanguine quasi agni in
contaminati et inmaculati ihesu xpisti. Precog
niti quidem ante constitutionem mundi. ma
nifestati autem nouissimis temporibus propter
uos qui per ipsum fideles estis in deo qui susci
tauit eum a mortuis. et dedit ei gloriam. ut fides
uestra et spes esset in deo. Animas uestras castifican
tes in obedientia caritatis in fraternitatis amore.
simplici ex corde inuicem diligite attentius renati
non ex semine corruptibili sed incorruptibili per uerbum
dei uiui et permanentis. quia omnis caro fe
num. et omnis gloria eius tanquam flos feni.
Exsiccatum est fenum et flos eius decidit.

uerbum autem domini manet in eternum. Hoc est
autem uerbum. quod euangelizatum est uobis.
Deponentes ergo omnem maliciam. et omnem dolum
et simulationes. et inuidias et omnes detra
ctiones. sicut modo geniti infantes rationabi
les sine dolo lac concupiscite. ut in eo crescatis
in salutem. si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus.
Ad quem accedentes lapidem uiuum ab homi
nibus quidem reprobatum. a deo autem electum et
honorificatum. et ipsi tanquam lapides uiui sup
edificamini domos spirituales. sacerdotium sanctum offerre spirituales
hostias acceptabiles deo per ihesum xpristum. Prop
ter quod continet scriptura. Ecce ponam in syon
lapidem summum angularem. electum. preciosum.
et omnis qui crediderit in eum non confundetur. Vo
bis ergo honor credentibus. non credentibus autem lapis
quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in
caput anguli. et lapis offensionis et petra scan
dali his qui offendunt uerbo. nec credunt in
quo et positi sunt. Vos autem genus electum.
regale sacerdotium. gens sancta. populus acquisitionis.
ut uirtutes annuncietis eius qui de tenebris
uos uocauit in ammirabile lumen suum. Qui
aliquando non populus. nunc autem populus dei. qui
non consecuti misericordiam. nunc autem misericordiam con
secuti. Rogo. obsecro uos tanquam adue
nas et peregrinos abstinere uos a carnalibus
desideriis. que militant aduersus animam. con
uersationem uestram inter gentes habentes bo
nam. ut in eo quod detrectant de uobis tan
quam de malefactoribus ex bonis operibus uos
considerantes. glorificent deum in die uisitationis.
Subiecti estote omni humane creature prop
ter deum. siue regi quasi precellenti. siue ducibus
tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum
laudem uero bonorum. quia sic est uoluntas dei. ut be
nefacientes obmutescere faciatis imprudentium
hominum ignorantiam. Quasi liberi et non
quasi uelamen habentes malicie libertatem. sed
sicut serui dei. Omnes honorate. fraternitatem dili

gite, deum timete. regem honorificate. Serui
subditi estote in omni timore dominis: non tan
tum bonis et modestis. sed etiam discolis.
Hec est enim gratia: si propter conscientiam dei
sustinet quis tristiciam paciens iniuste. Que
enim est gloria. si peccantes et colaphizati suffertis?
Sed si benefacientes et patientes sustinetis. hec
est gratia apud deum. In hoc enim uocati estis.
quia et christus passus est pro nobis. uobis relin
quens exemplum ut sequamini uestigia eius.
Qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in
ore eius. Qui cum malediceretur non maledice
bat. cum pateretur non comminabatur. Trade
bat autem iudicanti se iniuste. qui peccata nostra
ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut
peccatis mortui iusticie uiuamus. cuius liuore
sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes:
sed conuersi estis nunc ad pastorem et episcopum
animarum uestrarum. Similiter et mulieres sub
dite sint uiris suis. ut et si qui non credunt uer
bo. per mulierum conuersationem sine uerbo lucri
fiant. considerantes in timore castam conuersa
tionem uestram. Quarum sit non extrinsecus capil
latura. aut circumdatio auri aut indumenti
uestimentorumque cultus: sed qui absconditus
cordis est homo in incorruptibilitate quieti
et modesti spiritus. qui est in conspectu dei locuples.
Sic enim aliquando et sancte mulieres sperantes
in deo ornabant se subiecte propriis uiris. sicut
et sara obediebat abrahe. dominum eum uocans.
Cuius uos estis filie. benefacientes et non ti
mentes ullam perturbationem. Viri simi
liter cohabitantes secundum scientiam quasi
infirmiori uasculo muliebri impertientes ho
norem. tamquam et coheredibus gratie uite. ut non impediantur
orationes uestre. In fide autem omnes unanimes. compatientes. fra
ternitatis amatores. misericordes. humiles. non reddentes
malum pro malo. uel maledictum pro maledi
cto. sed econtrario benedicentes. quia in
hoc uocati estis. ut benedictionem hereditate
te possideatis. Qui enim uult uitam diligere
et uidere dies bonos: coherceat linguam suam
a malo. et labia eius ne loquantur dolum.
Declinet autem a malo et faciat bonum: inqui
rat pacem et sequatur eam. quia oculi domini super
iustos. et aures eius in preces eorum: uultus
autem domini super facientes mala. Et quis est
qui uobis noceat. si boni emulatores fueri
tis? Sed et si quid patimini propter iusticiam.
beati. Timorem autem eorum ne timueritis: ut
non conturbemini. Dominum autem christum sanctificate
in cordibus uestris: parati semper ad satisfactionem
omni poscenti uos rationem de ea que in uo
bis est spe. et fide. cum modestia et ti
more habentes conscientiam bonam. ut in eo
quod detrahunt de uobis. confundantur qui
calumpniantur uestram bonam in christo conuer
sationem. Melius est enim benefacientes
si uelit uoluntas dei pati. quam malefaci
entes. quia et christus semel pro peccatis nostris mor
tuus est. iustus pro iniustis. ut nos offerret
deo. mortificatos quidem carne. uiuificatos
autem spiritu. In quo et his qui in carcere erant
spiritu ueniens predicauit: qui increduli fue
rant aliquando. quando expectauit dei pati
entia in diebus noe cum fabricaretur archa: in
qua pauci id est octo anime salue facte sunt
per aquam. Quod et uos nunc similis forme
saluos facit baptisma: non carnis depositio
sordium. sed conscientie bone interrogatio in
deum per resurrectionem ihesu christi qui est in dextera dei.
deglutiens mortem ut uite eterne heredes ef
ficeremur: profectus in celum subiectis sibi angelis
et potestatibus et uirtutibus. Christo igitur passo in
carne. et uos eadem cogitatione armamini. quia
qui passus est in carne desiit a peccatis. ut
iam non hominum desideriis sed uoluntati dei
quod reliquum est in carne uiuat temporis.
Sufficit enim preteritum tempus ad uoluntatem
gentium consummandam. qui ambulauerunt

in luxuriis. desideriis uinolentiis. commessationibus. potationibus. & illicitis ydolorum cultibus. In quo ammirantur non concurrentibus uobis in eandem luxurie confusionem. blasphemantes. Qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est. ut iudicentur quidem secundum homines in carne. uiuant autem secundum deum in spiritu. Omnium autem finis appropinquabit. Estote itaque prudentes. & uigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis caritatem continuam habentes. quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam amministrantes. sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Siquis loquitur. quasi sermones dei. Siquis ministrat. tamquam ex uirtute quam amministrat deus. ut in omnibus honorificetur deus. per ihesum christum cui est gloria & imperium in secula seculorum amen. Karissimi nolite peregrinari in feruore qui ad temptationem uobis fit. quasi noui aliquid uobis contingat. sed communicantes christi passionibus gaudete. ut in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine christi beati eritis. quoniam quod est honoris et glorie et uirtutis dei. & qui est eius spiritus in uobis requiescit. Ab illis blasphematur. a uobis autem honorificatur. Nemo autem uestrum patiatur quasi homicida. aut fur. aut maledicus. aut alienorum appetitor. Si autem ut christianus non erubescat. glorificet autem deum in isto nomine. quoniam tempus est ut incipiat iudicium de domo dei. Si autem primum a nobis. quis finis eorum qui non credunt dei euangelio. Et si uix iustus saluabitur. impius & peccator ubi parebunt. Itaque & hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei. fideli creatori commendant animas suas in benefactis.

Seniores ergo qui in uobis sunt obsecro consenior & testis christi passionum. qui & eius que in futuro reuelanda est glorie communicator. Pascite qui in uobis est gregem dei. prouidentes non coacte sed spontanee secundum deum. neque turpis lucri gratia. sed uoluntarie. neque ut dominantes in cleris. sed forme facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum. percipietis immarcescibilem glorie coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autem inuicem humilitatem insinuate. quia deus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Humiliamini ergo sub potenti manu dei ut uos exaltet in tempore uisitationis. Omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum. quoniam ipsi cura est de uobis. Sobrii estote et uigilate. quia aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. scientes eandem passionem ei que in mundo est uestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie qui uocauit nos in eternam suam gloriam in christo ihesu modicum passos. ipse perficiet. confirmabit. solidabitque. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum amen. Per Siluanum uobis fidelem fratrem ut arbitror breuiter scripsi. obsecrans & contestans hanc esse ueram gratiam dei. in qua statis. Salutat uos ecclesia que est in babilone coelecta. et marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia uobis omnibus qui estis in christo ihesu.

Explicit epistola beati Petri apostoli prima. Incipit argumentum secunde.

Symon Petrus pro fide huic mundo sapientes mortuos esse declarat. eisdemque pietatis quanta sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.

Incipit epistola beati Petri apostoli secunda.

Symon Petrus seruus & apostolus ihu xpi. his qui coequalem nobis sortiti sunt fidem. in iusticia di nri & saluatoris ihu xpi. gratia uobis & pax adimpleatur. in cognitione dni nri. Quomodo omnia nobis diuine uirtutis sue donauit. que ad uitam et pietatem donata sunt. per cognitionem eius qui uocauit nos propria gloria & uirtute. Per quam maxima & preciosa nobis promissa donauit. ut per hec efficiamini diuine consortes nature. fugientes eius que in mundo est concupiscentie corruptionem. Vos autem curam omnem subinferentes. ministrate in fide uestra uirtutem. in uirtute autem scientiam. in scientia autem abstinentiam. in abstinentia autem patientiam. in patientia autem pietatem. in pietate autem amorem fraternitatis. in amore autem fraternitatis caritatem. Hec enim si uobiscum assint & superent. non uacuos nec sine fructu uos constituent in dni nri ihu xpi cognitione. Cui enim non presto sunt hec cecus est. et manu temptans. obliuionem accipiens purgationis ueterum suorum delictorum.

Quapropter fratres satagite magis ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Hec enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim habundanter ministrabitur uobis introitus. in eternum regnum dni nri. et saluatoris ihu xpi. Propter quod incipiam uos semper commonere de his. & quidem scientes et confirmatos in presenti ueritate. Iustum autem arbitror quam diu sum in hoc tabernaculo suscitare uos in commonitione. certus quod uelox est depositio tabernaculi mei. secundum quod & dns nr ihc xpc significauit michi per reuelationem. Dabo autem operam et frequenter habere uos post obitum meum. ut horum memoriam faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti notam fecimus uobis dni nri ihu xpi uirtutem & prescientiam. sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem & gloriam. uoce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui. ipsum audite. Et hanc uocem nos audiuimus de celo allatam. cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem. cui bene facitis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco. donec dies elucescat. et lucifer oriatur in cordibus uestris.

Hoc primum intelligentes quod omnis prophetica scriptura propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia. sed spiritu sancto inspirati loquti sunt sancti dei homines. Fuerunt uero & pseudo prophete in populo. sicut & in uobis erunt magistri mendaces qui introducent sectas perditionis. & eum qui emit eos dominum negant. superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias. per quos uia ueritatis blasphemabitur. & in auaritia fictis uerbis de uobis negociabuntur. quibus iudicium iam olim non cessat. & perditio eorum non dormitat. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit. in iudicium cruciandos reseruari. & originali mundo non pepercit. sed octauum noe iusticie preconem custodiuit. diluuium mundo impiorum inducens. & ciuitates sodomorum et gomorreorum in cinerem redigens euersione dampnauit. exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens. et iustum loth oppressum a nefandorum iniuria ac luxuriosa

conuersatione eruit. Aspectu enim & audi
tu iustus erat. habitans apud eos qui
de die in diem animã iustam iniquis ope
ribus cruciabant. Nouit dñs pios de tem
ptatione eripe. iniquos û in diem iudicij
cruciandos reseruare. magis autẽ eos q
post carnem in concupiscentia inmundi
cię ambulant. dominationeq; contẽp
nunt. audaces. sibi placentes. sectas nõ
metuunt facere blasphemantes. Vbi
angli fortitudine & uirtute cum sint
maiores. non portant aduersum se exetra
bile iudicium. Hi û uelud irrationabilia
pecora naturaliter in captionẽ & in pnici
em in his que ignorant blasphemantes. in
corruptione sua pibunt. pcipientes merce
dem iniusticię. uoluptatẽ existimantes di
ei delicias coinquinationis et maculę. de
licijs affluentes. in conuiuiis suis luxuri
antes. uobiscum. oculos habentes plenos
adulterij et incessabilis delicti. pellicientes
animas instabiles. cor exercatum auaritia
habentes. maledictionis filij. Delinquen
tes rectam uiã. errauerunt secuti uiam
balaam ex bosor. qui mercedem iniquita
tis amauit. correptionẽ û habuit suę ue
sanię. subiugale mutum in hominis uoce
loquens. phibuit pphetę insipientiam.
Hi sunt fontes sine aqua. et nebulę tur
binib; exagitatę. quib; caligo tenebrarum
reseruatur. Supbia enĩ uanitatis loquẽ
tes pelliciunt in desiderijs carnis luxurię eos
q paululũ effugiunt. qui in errore conuer
sant. libertatem illis pmittentes. cũ ipsi
serui sint corruptionis. A quo enim quisq;
supatus est. huius & seruus est. Si enĩ
refugientes coinquinationes mundi. in
cognitione dñi nr̃i. et saluatoris ihu xpi.
his rursus implicati supantur. facta sunt
eis posteriora deteriora priorib;. Melius
enim erat illis nõ cognoscere uiã iusticię. quã
post agnitionẽ retrorsum conuerti. ab eo qđ
illis traditum ẽ scõ mandato. Contigit
enim eis illud ueri puerbij. canis reuersus
ad suum uomitũ. & sus lota in uolutabro
luti. Hanc ecce uobis kmi scribo se
cundã ep̃lam. in quib; excito urãm in cõ
monitione sinceram mentẽ. ut memores
sitis eorum que pdixi uerborum a scis pphetis.
et aplorum urorum pceptorũ dñi & saluatoris.
hoc primum scientes quod uenient in nouis
simis dieb; in deceptione illusores. iuxta
pprias concupiscentias ambulantes & di
centes. Vbi est pmissio aut aduentus eius.
Ex quo enĩ patres nr̃i dormierunt. omnia
sic pseuerant ab initio creaturę. Latet enim
eos hoc uolentes quod celi erant prius & terra
de aqua. et p aquam consistens dei uerbo p
quę ille tũc mundus mundatus aqua periit.
Celi autẽ qui nunc sunt & terra eodem
uerbo reposita sunt igni seruati in diẽ iudi
cij. et pditionis impiorum hominum. Vnum
û hoc nõ lateat uos kmi. quia unus dies
apud dñm sicut mille anni. & mille anni
sicut dies unus. Non tardat dñs pmissis.
s; patienter agit propter uos. nolens ali
quem pire. sed omĩs ad penitentiã reuerti expectat.
Adueniet autẽ dies dñi ut fur. in quo celi
magno impetu transient. elementa û calo
re soluentur. Cum hec g omnia dissoluenda
sint. quales oportet ẽẽ uos in scis conuer
sationib; et pietatib; expectantes et ppe
rantes in aduentum diei dei. p quẽ celi ar
dentes soluentur. & elementa ignis ardore
tabescent. Nouos û celos & nouam terram.
et pmissa ipsius expectamus. in quib; iusti
cia habitat. Propter quod kmi hec expectan
tes satagite immaculati & inuiolati ei
inueniri in pace. & dñi nr̃i longanimitatẽ
salutẽ arbitramini sicut et karissimus frater

nostri paulus. secundum datam sibi sapientiam scrip
sit uobis. sicut et in omnibus epistolis. loquens
in eis de his in quibus sunt quedam diffici
lia intellectu. que indocti et instabiles de
prauant sicut et ceteras scripturas ad suam
ipsorum perditionem. Vos igitur fratres prescientes custo
dite. ne insipientium errore transducti ex
cidatis a propria firmitate. crescite uero in gratia
et in cognitione domini et saluatoris ihu xpi.
Ipsi gloria et nunc et in diem eternitatis. Amen.

Explicit epistola II. Incipit argumentum in epistolam

Rationem uerbi beati iohannis apostoli.
et quod deus ipse caritas manifestat.
et susurrones fratrum. nec deesse. nec
fieri pios posse. adeo usque disertat. ut esse
comprobet homicidas. eo quod odium sit
interfectionis occasio. Explicit argumen
tum. Incipiunt capitula.

I. De uerbo uite quod erat antequam mundi machi
na principium sortiretur. II. De partici
pibus xpi quos uiciis septos nefas est superari.
III. De custodiis celestium preceptorum que nosse quemque
deum manifeste designant. IIII. De nouo ueteri
rique mandato quod unum sint dei cuius numquam
potest diuidi regnum. V. De his quos sapientie ua
riis uirtutibus attinctus scribens alloquitur.
VI. De diligentibus mundum quod excludantur a caritate pater
VII. na. De multitudine antichristorum.
De animarum deceptoribus declinandis. VIII.
De ignorantibus dominum scorumque risoribus. VIIII.
De cain semine fratricide. X.
De irrisoribus fratrum homicidis. XI.
De dilectione paterna facto et opere declaranda. XII.
De preconibus falsis quos agitat spiritus nequam. XIII.
De dilectione uera quod ipse sit deus. XIIII.
De xpo deo qui patrem ipse esse credentibus manifestat. XV.
De dilectione perfecta que foras expellit timorem. XVI.
De regeneratis quod ipsi seculum uincant. XVII.
De testimonio dei quod hominum testimoniis preferatur. XVIII.
De indulgentia que non merentur usque ad mortem peccantes. XIX.
XX. De mundo qui est positus in maligno simulachrorum
fugienda cultura. Expliciunt capitula. Incipit
epistola I. beati iohannis apostoli.

I. Quod fuit ab initio.
quod audiuimus.
quod uidimus ocu
lis nostris. quod perspe
ximus. et manus
nostre contrectauerunt de uerbo uite. et uita ma
nifestata est. et uidimus et testamur et
annunciamus uobis uitam eternam. que
erat apud patrem. et apparuit nobis. Quod
uidimus et audiuimus annunciamus
et uobis. ut et uos societatem habeatis
nobiscum. et societas nostra sit cum patre. et
filio eius ihu xpo. Et hec scribimus uo
bis ut gaudeatis. et gaudium uestrum sit ple
num. Et hec est annuntiatio quam audi
uimus ab eo et annunciamus uobis. quoniam deus
lux est et tenebre in eo non sunt ulle. II
Si dixerimus quoniam societatem habemus cum
eo et in tenebris ambulamus. mentimur
et non facimus ueritatem. Si autem in luce
ambulamus sicut et ipse est in luce. socie
tatem habemus adinuicem. et sanguis ihu
filii eius emundat nos ab omni peccato.
Si dixerimus quoniam peccatum non habemus.
ipsi nos seducimus. et ueritas in nobis non
est. Si confiteamur peccata nostra. fidelis et
iustus est ut remittat nobis peccata nostra.
et emundet nos ab omni iniquitate. Si
dixerimus quoniam non peccauimus. mendacem
facimus eum. et uerbum eius non est in nobis.
Filioli mei. hec scribo uobis ut non peccetis.
III. Sed et siquis peccauerit. aduocatum habemus
apud patrem ihm xpm iustum. et ipse est propi
tiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem
tantum. sed etiam pro totius mundi. Et